

Et animus Invidiæ stimulus compunctus, corpus macie extenuat.

Hecuba amiffo filio viro, & filiis, ac Polydori morte nuntiata, infat canis latraffe scribitur. Ex corporis namque temperie affici facultates animi, docet Aristoteles lib. 4. de partibus animalium.

PHILON Lacedæmonius per apparentes in corpore mores scientiam exercebat, ut si verbi gratia, quempiam pallidum videret, meticulosum diceret: si rotundum, iracundum censeret, & ita de aliis. Verum non infrequenter ea fallere, superâ judicatum.

Vide in loco de Physica nonnulla.

PHYSIOGNOMONIÆ MODI VARIÏ.

Non unus coniecturandi ex corporis habitudine, & temperamento, de animi recessibus, modus traditur apud Auctores nonnullos ex illis brevier delibavimus.

AC PRIMUM IN HOMINIBUS.

Galenus temperamenti uniuscujusque signa tradit, quæ etiam tangentibus corpora aliorum sint obvia, & ex quibus certo apprehenditur inclinatio uniuscujusque naturalis, & de moribus etiam, nisi educatione immutentur, judicium fertur.

B Humores etiam, qui quatuor numerantur à Medicis, mores animi demonstrant. Unde Hippocrates causam in elementis ponit, cur alii tristes sint, alii hilares. Et nemini dubium esse debet, quoniam iuxta humorem prædominantem, aliter, & aliter homo afficiatur.

PLATO sentiebat hominem illis affectibus, & moribus imbuti, cujus animalis figuræ maximè conformaretur. Communibus enim affectibus communes corporis dispositiones respondent, propriis propriæ. Sic Aristoteles Alexandro scribit in homine omnium animalium mores reperiri. Est audax, ut leo, formidolosus, ut lepus, amarus, ut canis, austerus, ut corvus, mitis, ut turtur, simplex, ut columba, stolidus, & fallax, ut asinus, &c.

Hippocrates lib. de Aere, ad habitum, & qualitatem Regionis hominum mores æstimandos adseruit, atque inter Platonis placita observatur, ex variis cæli locis variis ingenerari morum præcipue Audiamus Lucanum:

Quidquid ad Eoos traibus, mundique teporem labitur, emollit gentes clementia cæli.

C Omnis in Arctois populis quicunque pruinis nascitur, indomitus bello est, & mortis amator.

& Thracas in Venerem procliviores, Ovidius testatur. Ex sola facie Philo Lacedæmonius morum coniecturam eliciebat: quem Aristoteles redarguit, quia non infrequenter alio modo cernit, quam vultus prodit.

Aristoteles denique in suis Phyfiognomicis, etiam per signa è contrario sumpta mores dijudicari posse docet. Ut v. g. si pilorum durities torvidentem, & salacitatem indicat, mollietis continentis, & mansueti animi, fit index: & ita de cæteris. Legatur Aristoteles ad Alexandrum, & in Problematibus. Item, Joannes Baptist. Porta in libro suo Phyfiognomoniam.

IN BRUTIS.

Etiam in Brutis observatur, ut illorum mores, sive ingenium ex signis corporis edoceantur. Ita venatores, & aucupes Canes eligunt, corpore vastiores, capita levia habentes, aures breves, &c. Suntque sagaciores, & celeriores, item venationi, & generationi aptiores.

D In Equo maxillas breves, caput exiguum, nares patulas, Plato requirit, eosque velociores censet. Virgilius equum commendat.

cuique ardua cervix,

Asputumque caput, brevis alvus, obesaque terga. & Bubulcos instruit, quales Boves eligant: optima torvæ

Forma bovis, cui torvæ caput, cui plurima cervix.

Et crurum tenuis à mento palearia pendens, &c.

Varro requirit Oves albo corpore, lana multa, & molli, villis circum circum densis, ventre piloso, cruribus humilibus.

Demetrius Constantinopolitanus aucupes suos Accipitres ad aucupium idoneos elegit, ut caput infat serpentis parvum, & planum habeant, lingua sit nigra, penna in cauda tredem circum habeant, &c.

Agricolæ Apes operi aptas signo cognoscunt. Virgilius.

Hic melior insignis, & ore,

Et rutilis clarus squammis, ille borridus alter Desidia, latamque trabens inglorius alvum.

Plinius ait Leonum animi index cauda, sicut equorum aures.

In piscibus, herbis, plantis adsunt etiam notæ è quibus mores, & virtutes earum, utpote medicæ facultates, & vitia nempe venena cognoscuntur.

CONTEMPLATORES PHYSIOGNOMONIÆ.

Stoici cum animas mortuorum alia in corpora migrare crederent, etiam ferarum, penitus hujus conjugalitatis scientiæ fundamentum sustulerunt. Unde Ovidius.

quoslibet occupat artus Spiritus, eque feris humana in corpora transit,

Inque feras nosfer, nec tempore deperit ullo.

Phreneticus, & Possidonius à stellis animorum mores desum dixerunt. Illis Plinius etiam accidit.

Cæterum media hic via incendum reor, ne nimium coniecturis istiusmodi tribuamus. Petamus à Deo, sine cuius nutu non potes unum capillum album facere nigrum; ut si mens feræ in corpore sano; & voluntatem nostram dirigat, quo reddamur digni, qui ejus imaginem, & similitudinem in nobis deferamus. Vide supra Phyfiognomi.

* Phœnix.

Quantam Avis. Cujus rei Symbolum. Ejus generatio, Natura, &c.

An verè existat, & quomodo generetur, problematicè disputatur.

DE Phœnice variè sentiunt Scriptores, dum alii fabulosum affirmant quidquid de illo fertur, ut videre est infra; alii verum censent, quasque sententiam plurimorum auctoritate firmant. Conveniunt Scriptores majori ex parte, quod unicuique existat Phœnix in toto orbe: item quod fit pavone pulchrior, aquilæ magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cærulea roscis caudam pennis distinguentibus, caput plumbeo apice honestante: ut à Plinio describitur lib. 10. nat. hist. cap. 2. Præterea in eo etiam consentiunt, quod novus Phœnix ita de veteri produetur, ut vetus in eo quasi ex seipso videatur reviviscere.

SYMBOLUM.

Patrum nonnulli futuræ resurrectionis veluti imaginem, quamdam eo adumbratam esse inveniunt: immò & inde verisimilem corporum resurrectionem. In his sunt D. Clemens l. 5. Apoll. consil. cap. 6. D. Cyrillus Catech. 18. D. Ambros. lib. 5. Hexam. c. 23. & in orat. de sideribus cæli. tom. 4. (quod etiam facit De Epiphani. in Anchor.) Christum resurgentem huic avi conferit: Avis, inquit, in regione Arabiæ, cui nomen est Phœnix, redvivo suæ carnis humore reparabilis, cum mortua fuerit, reviviscit, solos non credimus homines resuscitari? At qui hoc relatione crebra, & scriptorum auctoritate cognovimus, memoratam avem quingentorum annorum spatia vitali usui habere præscripta, eamque, cum sub finem vitæ præsaga, quadam æstimatione cognovit, thecam sibi de thure, & myrrha, & cæteris odoribus adornare, completoque opere pariter, ac tempore, intrare illam, atque emori, ex cuius humore oriri vermem, paulatimque cum in avis ejusdem figuram concrefcere, rursusque formari: subnixam quoque remigio pennarum innovata vitæ officia munere pietatis ordiri: nam thecam illam, vel tumulum corporis, vel inconcabulum resurgenti, in qua deficiens occidit, & occidens resurgit, ex Æthiopia in Lycæoniam vehit, atque ita resurrectione avis hujus locorum incolæ completum quingentorum annorum tempus intelligunt: Ergo isti avi quingentesimum resurrectionis annus est nobis millesimus: illo in hoc sæculo, nobis in summatione mundi. Plerique etiam opinantur, quod avis hæc rogum sibi ipsa succendat, & rursus de favillis, & cineribus reviviscat. Hæc ille.

Que omnia paucioribus comprehendit verbis Lactantius. Firmianus carmine de Phœnice Christum adumbrante:

Unica sed vivis morte ressecta sua.

Nam perit, ut vivat, se rursus ipsa creat,

Ut possit nasci hæc appetit ante mori.

Item Tertullianus in lib. de resurrectione carnis hæc scribit. Accipie hujus speciem (videlicet resurrectionis) plenissimum, atque simillimum specimen: siquidem animalis res est, & vitæ obnoxia, & morti, illum dico alitem Orientis peculiaritatem, de singularitate,

tate famosum, de posteritate monstrum, qui semetipsum a libenter funerans renovat, natali die decedens, atque succedens, etiam Phœnix, ubi jam nemo iterum ipse, qui non alius idem.

Et Ruffinus in Symbolo (quod invenies tom. 9. oper. B. Hieron. tom. 1. oper. B. Cyrilliani) idem argumentum adferre ad ostendendam Christi ætate virginie sine conjugate nativitate.

ETAS.

Differunt autem Scriptores circa ætatem Phœnicis: nam Manilius vivere ait anno 660. Solinus 540. Pomponius Mela 500. Charemon multo plures.

GENERATIO.

Differunt etiam circa modum generationis illius ex unico parente: nam quidam ajunt eum semetipsum vellicatu vulnerare, & ex cruore primum eum vermiculum nasci, qui in demortui locum succedat; mox pullum fieri priori forma similem: alii ex putrefacta parentis carne gigni vermem, qui deinde in avem efformetur: alii parentem intro in palmæ alicujus vertice ex casta, nardo, cynamomo, & myrrha nido, se superimponere, & excitato alis ad radium solis incendio, in odoribus vitam finire, atque ex eo cinere Phœnicem alterum, quasi eundem, reviviscere.

B Hæc de Phœnice auctores memoria tradunt. Sed id in præfenti consideratione difficultatem ingerit, quod aut modus, quo ille gigni perhibetur, fabulosus debeat existimari; aut dicendum sit, nasci Phœnicem virtute corporum cælestium. Priori sententiæ adversatur tot ignominium virorum auctoritas, qui eum, quem retulimus, Phœnicem ortum celebrat. Posteriori illud obest, quod cum negari non possit, Phœnicem è nobilissimis avibus unam esse, admittendum foret aliquid perfectum animal è cælo, ut à propria causa produci. Etiam si Phœnix ex sanie parentis, sive ex corrupto ejusdem corpore nascatur; tota ea generandi ratio putri materia constat, abique intervenit virtutis feminaria: quæ productio communi Philosophorum consensu ad cælestis influxus vim referri consuevit.

Astendum igitur, nec videri negandum dari Phœnicem, nec probabilè eam, quam tradunt illius generationem. Priorem partem suadent non solum antiquorum scripæ, sed etiam recentes historiarum navigationum, quæ narrant vitam aliquando hanc avem.

C Extat quoque fragmentum epistolæ regis Æthiopiæ ad Pontificem Romanum, ubi rex narrat in terra sua Phœnicem esse. Jarchus etiam Indus apud Philostratum in vita Apollonii lib. 3. ait, Phœnicem non esse fabulosum. Nicephorus Callistus lib. 9. Ecclésiast. visior. cap. 19. asserit, cum reperiri ad Orientem. Ejusdem meminit Auctor epistolæ de cereo Paschali ad Præsidium. Herodotus lib. 2. Solinus cap. 46. Iliodorus lib. 12. Orig. c. 7. Cornel. Tacit. ann. lib. 5. Suidas, Aurelius Victor, Oppianus, Alsterus, & alii.

Posteriorem partem ostendunt ea, quibus probatur, talem generationis modum non posse perfectis animalibus convenire. Cum autem Patres utuntur exemplo Phœnicis ad suadendam, illusttrandamque corporum resurrectionem, id neque asserant, neque ex propria sententiâ pronuntiant; sed ex aliorum scriptis referunt, quasi dicant: Si homines sibi persuadent posse accidere vi nature, ut Phœnix ex suis cineribus reparetur, & reviviscat: cur non credunt, posse humana corpora etiam in cineres redacta postulate divina ad vitam reduci.

Certe alter nasci Phœnicem, quam communi historia circumfertur, illud argumentum est, quod affirmant nonnulli aliorumque simul plures Phœnicis: & quod quidam commemorant, scilicet anno 800. Urbis, Claudii Principis cænsura Q. Plancio, Sex. Pappio Cossi. allatum ex Ægypto Phœnicem in urbem, & in comitiis propositum. Si enim unus tantum foret, nec nisi ex demortui, aut consensum morituri cineribus, sanguineque nova soboles proveniret; in hoc, qui Romam est advectus, tota Phœnicum species funditus interiret.

PHœNICEM Esse fabulam, qui contendunt, & ex quo fundamento.

Sentiunt pro majori parte Docti, quidquid de Phœnice scribitur, contentitium esse, ac fabulosum. Quæ quidem fabula inde fortassis initium sumpsit, quod Ægyptii Heliopoli Solem, quasi avem orientem, & occidentem pinxerint. Hunc fecerunt, & fixerunt esse Phœnicem, cum tantum esset symbolum, & hieroglyphicum solis, qui quasi Phœnix solus est in mundo.

Huic conjecturæ favet, quod Veteres, teste Lactantio, & Claudiano, phœnicem dixerunt esse Solis avem, quæ e oriente dulcissimè caneret, eumque prola veneraretur. Quæ B. L. Theat. vit. Human. Tom. VI.

propter Plinius supra à lib. 10. cap. 4. describens Phœnicem, ait eum esse fabulam, additque: Allatus est, inquit, in urbem Phœnix Claudii Principis cænsura, anno Urbis 800. & in comitiis propositus, sed quem falsum esse nemo dubitaret. Adde his, quod Scriptura Genesii 7. affirmet de volucribus in Arcam ingreßa fuisse bina septena masculum, & feminam, quod cum solitario Phœnice non concordat.

Phœnicis descriptio, & encomium ex Jani Lænnitii Belgæ Potmatibus.

Alitum immortalæ decus diis æmulus ales Ipse sibi genitor, ipse sibi soboles. Qui nobis ex alto spernens consortia mundi, Nec fortunatis cernitur à populis. Sed Ixgrim, Gangemque ultra, Nabarhæaque sabra, Lucifer ardentis manû ubi frenat equos. Auroræ roseos inter Titanidis ortus, Non adeunda aliis regna beata tenet. Tædia decurset quoties malè fert ætatis, Ne sati temerè concidat arbitrio. Aggerem educi tumulum sibi colle sub alto, Conspicuum myrrha conspiciuum casta. Et tumulo adiciens fores, & germina forum, Mercibus intratam pauperat Arabiam. Mox Pbobi ad radios pennas quatit auricolores, Accenditve sui funera sponte rogi. Scilicet ut leibo ambulo furgat ab ipso, Natalesque ambulo bauriat è cinere.

Pictor. Pictura.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA. NATURA.

Pictor Græcè, ζωγράφος, ζωγράφος, est formarum iudex, Plato in Theoi. Heb. verbum Chakak effigiviat, delineavit, dicitur non tantum de picturis imaginum, sed etiam de ducendis literarum, & omnium rerum lineamentis. Significatione congruit cum Chakak, & Chak id est, effigiviat, constituit effigiem. Hinc Chakak, Chakak, effigio: Chakak effigies. Inde Machakak pictor, qui pingit, quicquid liber, unde Horatii dictum in Arte.

Pictoribus, atque Poetis, Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas,

Pictor est imitator ejus, quod opifex facit: Idem à Repub. dialog. 10. Multa vident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus, Cic. Acad.

Pictor futorem, ac cæteros artifices imitatur, etiam si de futura arte nihil intelligat: at itis, qui non intelligunt, futore esse videtur. Plato de Repub. dialog. 10.

Socrates dicere solebat: ζωγράφος: ὁμοίως τῶν ἀνθρώπων ποιοῦντων Πικτῶρα εἶναι ἰμῖταιόντων, & representationem eorum, quæ videntur.

Quod idem de Placite etiam rectè dicitur. Unde Virgilius. Excudent alii spirantia mollis æra, Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus.

Pictorum ars in singulis animalibus pingendis nullum alium finem habere videtur, quam ut colores inducat, & H deducat, aut quomodocumque id pictores appellent, & nunquam ab exornando cesserit, donec nullum aliud incrementum superfit, ut pulchriores fiant. Idem Plato de leg. dial. 6.

Pictura est poesis tacens: & poesis est pictura loquens. Franc. Patric. de Repub. lib. 1. cap. 10. ex Plutarcho. Græcis ζωγραφία.

Hinc & Horatius in Arte Poetica.

Ut pictura poesis erit, quæ si propius stes Te capiet magis, & quædam siliogius astes: Hæc amat obscurum, volat hæc sub luce videri, Judicis argutum quæ non format ad aumen.

* DIGNITAS, ET COMMENDATIO.

Olim nobilis picturæ ars à Regibus etiam expetita, immò & nobilitans illos, quos posteris tradebat conspicuos. Est quippe vita memoriæ, temporum testis, nuntia virtutis, vivorum reproductio, fama, gloriaque immortalitas, vivorum

maque illa pingi, non ex ore nasci: anxio animi cruciatu, cum in pictura verum esse non verisimile vellet, absterferat sapius, mutaveratque penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremo iratus arti, quod intelligeretur, spongiam eam impedit in viso loco tabula, & illa reposuit ablatis coloribus, qualiter cura optabat: fecitque in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo similis & Nealeem successus in spuma equi similiter spongia inacta secutus dicitur, cum pingeret poppyzontata retinente equum. Canem ita Protogenes monstravit, & fortuna. Propter hunc Jalyum, ne cremaret tabulas Demetrius rex, cum ab ea parte sola posset Rhodum capere, non incendit, parcentemque picturam fugit occasio victoriae. Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo, hoc est, Demetrii castris. Neque interpellatus praelis inchoata opera intermisit omnino, sed accitus a rege, interrogatusque, Quia fiducia extra muros ageret? respondit: Scire se illi cum Rhodiis hunc esse, non cum artibus. Dispositus ergo rex in tutam jam stationem, gaudens quod posset manus servare, quibus jam pepererat, & ne sapius avocaret, ultro ad eum venit hostis: reliquique victoriae suae votis, inter arma, & murorum ictus spectavit artificem. Sequiturque tabulam ejus temporis hac fama, quod eam Protogenes sub gladio pinxerat. Satyrus hic est, quem Anapavomenon vocant, ne quid desit temporis ejus securitati, tibias tenens. Fecit & imaginem matris Aristotelis Philolphi: qui etiam suadebat, ut Alexandri Magni opera pingeret propter aeternitatem rerum *Plinius lib. 35. cap. 10.* Rhodi Protogenis pictura spectabatur Satyrus, iuxta columnam stans, super columnam perdis erat, ad quem ita homines hiabant, cum nuper tabula esset posita, ut illum admirarentur, Satyrum vero contemnerent, quoniam perfectissimum opus esset. Augebant admirationem pedices mansueti, qui a nutritoribus allati, & contra pictos appositi, canebant ad picturam, & congedi gestiebant. Protogenes videns rem preter opinionem venisse, adit nos rogavit, ut se pedicem delere permitterent: quod & ita est factum. *Strabo lib. 14.*

POLYGNOTUS Thasius, & Dionysius Colophonius, duo pictores erant. Polygnotus magna pingebat, atque in perfectis certamina subibat. Dionysii pictura praeter magnitudinem continebant exquisitissimum Polygnoti artis imitationem, affectus, motus, formae habitudinem, vestium subtilitatem, & reliqua. *Aelian lib. 4. de Var. hist.* Hic primus mulieres lucida veste pinxit: instituit ut adaperire, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare. Pinxit Delphis adem, & Athenis porticum poecilem gratis, cuius partem etiam mercede pinxit Mycon: Floruit ante Olymp. 90. *Plin. lib. 35. c. 9.* Pinxit etiam Oeni aedilium. *Aelianus, & Pausanias in Phocicis.* Aliis Polygnotus dicitur. *Arist. in 8. Polit.* Polygnotum in pictura mores quoque, & sensus expressisse scribit: Passionem vero figuram tantum, & lineamenta. Athenis inter picturas Stoae porticus, quas Polygnotus fecit, depictus erat Butes quidam, atque ita pictus, ut summa capitis pars cum oculis duntaxat videretur, videlicet, ut spectator imaginaretur, reliquum corpus tegi montis objectu in quo ingrediebatur. In ejus igitur pictura quoniam non ultum operae sumperat pictor, proverbio jactari consuevit. *Σαρωνισβότης* de his, quae facile perficiuntur: Auctor *Zenodot. Erasmus.* Polygnotus ex Prodicis Phocae Epici vultu Minyade variis historiis refero, opera picturarum nonnullarum argumentum sumplit.

D Aequalis Apellis fuit Aristides Thebanus, Euxenidae discipulus. Is omnium primus animam pinxit, & sensus omnes expressit, quos vocant Graeci etha, item perturbationes, durior paulo in coloribus. Hujus pictura est, oppido capto ad matris morientis est vulnere mammam adrepens infans: intelligitur quae sentire mater, & timere ne emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander Magnus transtulerat Pellam in patriam suam. Idem pinxit praedium cum Persis, centum homines ea tabula complexus, praeterea in singulos mnas dedit a tyranno Elatenium Mnafone. Pinxit & Tragedium puerum in Apollinis, cuius tabulae gratia interit pictoris inciticia, cui tergendam eam mandaverat M. Junius praetor, sub die ludorum Apollinariam. Pinxit & agrum sine fine laudatum. Quia in arte tantum valuit, ut Attalus rex unam tabulam ejus centum talentis emisse tradatur. *Plin. lib. 35. cap. 10.*

Ab Apollodoro Atheniense artis fores apertas Zeuxis Heraeoteus intravit. Olympiade nonagesima quinte anno quarto, audentemque penicillum ad magnam gloriam perduxit, a quibusdam falso in octogesima nona Olympiade positus, cum

fuisse necesse est Demophilum Himetazum, & Neseam Thasium, quoniam utrius corum discipulus fuerit, ambigitur. Eum cum Apollodoro versis fecit, artem ipsis ablatam Zeuxin ferre secum Opes quoque tantas acquisivit, ut in ostentatione earum, Olympiade aureis literis in palliorum tessaris in-textum nomen suum ostentaret. Postea donare opera sua instituit, quod ea nullo satis digno pretio permutari posse diceret, sicut Alcmenam Agrigentinis, Pana Archelao. Fecit & Penelopen, in qua pinxit mores videtur, & Athletam. Adeoque sibi in illo placuit, ut versum subscriberet, celebrem ex eo, invisurum alicquem facilius, quam imitaturum. Magnificus est Jupiter ejus in throno atlantibus diis, & Hercules infans dracones strangulans, Alcmena matre coram pavente, & Amphitryone. Deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus, articulisque: alioquin tantum diligentia, ut Agrigentinis facturus tabulam, quam in templo Junonis Lacinia publice dicerent, inpererit virgines eorum nudas, & quinque elegerit, ut quod in quaque laudatissimum esse, pictura redderet. Pinxit & monochromata ex albo. Aequales ejus, & aemuli fuerunt Timanthes, Androcydes, Eupompos, Parrhasius, *Plin. lib. 35. cap. 9.* Item puerum uvas ferentem: ad quas, cum devolvant aves, iratus est operi suo, quod F

nillo jure consulti. Ejus est Sacerdos adorans, & Ajax fulmine incensus, qui Pergami spectatur hodie: neque ante cum tabula nullus ostendit, quae teneat oculo. *Plin. lib. 35. c. 9.* De eo fuit *Plutarch. de Gloria Atheniensium.* Apollodoro pictor, qui phorum, id est, colorum mixturam, & umbrae coloribus rationem reddenda mortalium primus invenit, Atheniensis fuit, cuius operibus subscripserunt, ut invisurum alicquem facilius, quam imitaturum.

SOCRATES pictor, inter ejus opera Piger, qui appellatur *basos*, spartum torquens, quod aedilium ardit: ut auctor *Plin. lib. 35. c. 11.* Pausanias autem dicit, hunc a Polygnoto pictum.

Nicea comparatur, & aliquanto praefertur Athenion Maronites, Glancionis Corinthii discipulus, & austerior colore, & in austeritate jucundior, ut in ipsa pictura eruditio eluceat. Pinxit inter caetera tabulam, qua maxime inclaudit, agafonem cum equo. Quod nisi in juvena obiisset, nemo ei compararetur. *Plin. lib. 35. cap. 11.*

CLESIBES pictor nullo honore exceptus a Regina Stratocnica, pinxit voluptatem cum piscatore, quem Reginum amare sermo erat: eamque tabulam in portu Ephesi propositi, ipse velis rapta est. Regina tamen venit, utriusque similitudine miris expressit. *Plin. lib. 35. cap. 11.*

PAMPHILUS Macedo natione, primus in pictura omnibus literis eruditus, praecipue arithmetice, & geometricae, sine quibus negabat artem perfici posse: docuit neminem minoris talenti annis decem: quam mercedem, & Apelles, & Melanthius ei dedit. Et hujus auctoritate effectum est Sicyone primum, deinde & in tota Graecia, ut pueri ingenii ante omnia diagraphicam, hoc est, picturam in ipso docerentur, recipereque ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit, ingenii aere exercebant, mox ut honesti, perpetuo interdicto ne servitia docerentur. Ideo nec in hac, neque in toreutice ullius, qui servituti, opera celebrantur. *Plin. lib. 35. c. 10.*

CONON Cleonensis artem pingendi pullantem jam, & ruditer, sine qua arte ante sua tempora excitatum, ac quodammodo factis, laetique jaecentem perfecit. Quarum pleniorum etiam mercedem, quam superioris aetatis pictores, retulit. *Aelian, lib. 4. de Var. hist.*

D Celebratissimus fuit in pavimentis pingendis Sofus, qui Pergami statuit, quem vocant alarotem acon, quoniam purgamenta caecae in pavimento, quoque everti solent, veluti relicta fecerat parvis est tessulis, distinctique in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens, & aquam umbrae capitis inspicans. Apricantur aliae faebentes sese in canthari labro. *Plin. lib. 35. cap. 15.*

Mycon mercede Poecilem porticum pinxit Athenis, ac Polygnotus gratis. Fuit alius Mycon minor, cuius filia Timarete parvis discipula fuit. *Plin. lib. 35. c. 9.*

MARONITES Glauconis Corinthii discipulus, pinxit Achillem habitu virgineo occultatum, Ulysside deprehendentem: & alia quadam.

CRYSILOCHI Apellis discipuli petulans opus fuit, Jupitrem Baechum parturientis, & ingemiscens mulieriter inter obstrictas, & deaurum clamorem. *Plin. lib. 35. c. 11.*

OMPHACION Nicae Nicomedis filius discipulus, pictor egregius, pinxit imagines Regum Messeniorum Messena in Templo Messense *Pausanias in Messeniis.*

hoc ipso miraculum auget. Pinxit & Archigallum, quam A picturam amavit Cibernas Princeps: atque ut auctor est Deicius, sexaginta festeris aestimata, cubiculo suo inclusit. *Plin. lib. 35. cap. 10.*

TIMANTHES pictor Olymp. XCV. Zeuxis tempore. Hujus est Iphigenia Oratorum laudibus celebrata: qua stante ad aras peritura, cum mox totos pinxisset omnes, & tristitia omnem imaginem consumpsisset, parvis vultum velavit, quem dignè non poterat ostendere. Pinxit & Cycloper parva in tabella: cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxta Satyros thyrsos pollicem ejus metientes In Ajace Parrhasium superavit, *ibid.*

BULARCHUS Magnetum excidium pinxit quam tabulam Rex Lydorom Candaulus circa Olymp. 18. pari rependit auro. *Plin. lib. 35. c. 37. & l. 35. c. 8.*

EUPOMPI, qui aemulus fuit Zeuxidis Olymp. 95. auctoritas fuit tanta, ut diversitè picturam in genera tria, quae ante eum duo fuere, Hellenica, quod Asiaticum appellabant. Propter hunc, qui erat Sicyonius, diviso Hellenico, tria facta sunt, Ionium, Sicyoniam, Atticum. *Plin. lib. 35. c. 10.*

Apollodoro Atheniensis novagessimateriam Olympiade primo jure exprimere instituit, primoque gloriam pennicillo specie consulti. Ejus est Sacerdos adorans, & Ajax fulmine incensus, qui Pergami spectatur hodie: neque ante cum tabula nullus ostendit, quae teneat oculo. *Plin. lib. 35. c. 9.* De eo fuit *Plutarch. de Gloria Atheniensium.* Apollodoro pictor, qui phorum, id est, colorum mixturam, & umbrae coloribus rationem reddenda mortalium primus invenit, Atheniensis fuit, cuius operibus subscripserunt, ut invisurum alicquem facilius, quam imitaturum.

SOCRATES pictor, inter ejus opera Piger, qui appellatur *basos*, spartum torquens, quod aedilium ardit: ut auctor *Plin. lib. 35. c. 11.* Pausanias autem dicit, hunc a Polygnoto pictum.

Nicea comparatur, & aliquanto praefertur Athenion Maronites, Glancionis Corinthii discipulus, & austerior colore, & in austeritate jucundior, ut in ipsa pictura eruditio eluceat. Pinxit inter caetera tabulam, qua maxime inclaudit, agafonem cum equo. Quod nisi in juvena obiisset, nemo ei compararetur. *Plin. lib. 35. cap. 11.*

CLESIBES pictor nullo honore exceptus a Regina Stratocnica, pinxit voluptatem cum piscatore, quem Reginum amare sermo erat: eamque tabulam in portu Ephesi propositi, ipse velis rapta est. Regina tamen venit, utriusque similitudine miris expressit. *Plin. lib. 35. cap. 11.*

PAMPHILUS Macedo natione, primus in pictura omnibus literis eruditus, praecipue arithmetice, & geometricae, sine quibus negabat artem perfici posse: docuit neminem minoris talenti annis decem: quam mercedem, & Apelles, & Melanthius ei dedit. Et hujus auctoritate effectum est Sicyone primum, deinde & in tota Graecia, ut pueri ingenii ante omnia diagraphicam, hoc est, picturam in ipso docerentur, recipereque ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit, ingenii aere exercebant, mox ut honesti, perpetuo interdicto ne servitia docerentur. Ideo nec in hac, neque in toreutice ullius, qui servituti, opera celebrantur. *Plin. lib. 35. c. 10.*

CONON Cleonensis artem pingendi pullantem jam, & ruditer, sine qua arte ante sua tempora excitatum, ac quodammodo factis, laetique jaecentem perfecit. Quarum pleniorum etiam mercedem, quam superioris aetatis pictores, retulit. *Aelian, lib. 4. de Var. hist.*

D Celebratissimus fuit in pavimentis pingendis Sofus, qui Pergami statuit, quem vocant alarotem acon, quoniam purgamenta caecae in pavimento, quoque everti solent, veluti relicta fecerat parvis est tessulis, distinctique in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens, & aquam umbrae capitis inspicans. Apricantur aliae faebentes sese in canthari labro. *Plin. lib. 35. cap. 15.*

Mycon mercede Poecilem porticum pinxit Athenis, ac Polygnotus gratis. Fuit alius Mycon minor, cuius filia Timarete parvis discipula fuit. *Plin. lib. 35. c. 9.*

MARONITES Glauconis Corinthii discipulus, pinxit Achillem habitu virgineo occultatum, Ulysside deprehendentem: & alia quadam.

CRYSILOCHI Apellis discipuli petulans opus fuit, Jupitrem Baechum parturientis, & ingemiscens mulieriter inter obstrictas, & deaurum clamorem. *Plin. lib. 35. c. 11.*

OMPHACION Nicae Nicomedis filius discipulus, pictor egregius, pinxit imagines Regum Messeniorum Messena in Templo Messense *Pausanias in Messeniis.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

ANTIDOTUS pictor, Euphranoris discipulus, cuius opera extabant Athenis maxime laudata, diligentior, quam numerosior fuit, & in coloribus severus. Fecit clypeo dimicantem, & ludatorem, & tibicinem. *Plin. lib. 35. de Pictoribus.*

CYDIAS pictor, Euphranoris coartaneus Olymp. 104. cuius tabulam Argonautas H. S. CXLIV. Horrentis Orator mercatus est, eique adem fecit in Tusculano suo. *Plin. lib. 35. cap. 11.*

GALATON pictor, Homerum pinxit evomentem: reliquos vero potas, ea quae ipse vomisset, haurientes. *Aelian, lib. 13. de Var. hist. Vol. lib. 17. Antrop.* ex Ptolemaeo meicentem Homerum ab eo pictum asserit, non vomentem.

PAUSIAS Sicyonius, Pempili discipulus in Encausticis, Bricetis F. ejusdemque primò discipulus. Pinxit & ipse pennicillo parietes Thespis cum reficerentur, quondam a Polygnoto picti, multumque comparatione superatus existimabatur, quoniam non suo genere certasset. Idem & lacunaria primus pingere instituit, nec cameras ante eum taliter ordinari mos fuit. Amavit in juvena Glyceram municipem suam inventricem coronarum, certoque imitatione ejus, ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam: postremo pinxit illam sedentem cum corona, quae nobilissimis ejus tabula appellata est Stephanoplocos, ab alio Stephanopolis, quoniam Glycera venditanda coronas sustentaverat paupertatem. Hujus tabulae exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit a Dionysio Athenis. Parvas pingebat tabellas ut plurimum. Fecit tamen & grandes tabulas, sicut spectatam in Pompeii portibus boum immolationem. Eam enim picturam primus invenit, quam postea imitati sunt multi, aequavit nemo. Adversum omnia cum longitudinem bovis ostendere vellet, inventum cum pinxit, non transferendum, unde & abundè intelligitur amplitudo. Dein cum omnes, quae volunt eminentia videri, candidantia faciant, coloremque condiant nigro: hic totum bovem atri coloris fecit, umbraeque corpus ex ipsa dedit, magna profusus arte in aequo extantia ostendens, & in contracto solida omnia. Sicyone & hic vitam egit, diuque fuit illa patria picturae. Tabulas inde è publico omnes praeter eas alienum civitatis addidit, Scauri adlitas Romanam transtulit. *Plin. lib. 35. cap. 11.*

PAUSONIS pictoris *Aristot. in 8. Polit.* meminit, & eum figuras tantum, & lineamenta, non autem mores, & affectus, quemadmodum Polygnorus, expressisse scribit. *Aelianus de eo in Var. hist.* restatur, quod in parva tabella equum currentem, stentatque expresserit. Cuius vero veli, cuius gratia opus fecerat, indignaretur, quod frenum addidisset, respondit: Angustiam tabellae esse causam, quod in parvo spatio frenare opus fuerit necesse.

NEACLES Venerem pinxit, ingeniosus, & solers in arte. Siquidem cum praedium navale Aegyptiorum, & Perlarum pinxisset, quod in Nilo, cuius aqua est mari similis, factum volebat intelligi, argumento declaravit, quod arte non poterat. Aedilium enim bibentem in littore pinxit, & Crocodilum ei insidiantem. *Plin. lib. 35. c. 11.*

EURIGONUS tritor colorum Nicaeae pictoris in tantum ipse profecit, ut celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Aeginae fictoris. *Plin. lib. 35. c. 11.*

ARISTOLAUS pictor, filius, & discipulus Pausiae, unus è severissimis pictoribus fuit, cuius opera nonnulla commemorat *Plin. lib. 35. c. 11.*

EUPHRANORIS discipulus Antidotus, diligentior, quam numerosior, & in coloribus severus, maxime inclaudit H discipulo Nicae Atheniensi, qui diligentissime mulieres pinxit, Olymp. 112. Lumen, & umbras custodivit, atque ut eminentes et tabulis, picturae maxime curavit. Opera ejus plurima. Inter ea Hyacinthus, quem Caesar Augustus delectatus secum deportavit Alexandria capta, & ob id Tibereus Caesar in Templo ejus dicebat hanc tabulam. Athenis Nicyonantiam Homeri. Hanc vendere noluit Attalo Regi talentis LX. potiusque patrie suae donavit, abundans opibus. Prosperissime canes expressit. Hic est Nicaeus, de quo dicebat Praxiteles, interrogatus, Quae maxime opera sua probaret in marmoribus? quibus Nicaeus manum admovisset. Tantum circumlitioni ejus tribuebat. *Plin. lib. 35. c. 11. Aelian, lib. 3. de Var. hist.* dicit hunc tanta fuisse erga artem attentionis, ut saepe cibi oblivisceretur.

THEONIS pictoris artificii cum multa sint testimonia, tum in primis haec pictura. Vir armatus excursionem ex urbe repente facit, hostibus eam aggredientibus, & vastantibus. Manifesto autem, & profusus animose videtur adolefcens ad

Y 4 pugnam

pagnam festinate. Torvum vident oculi: armis sumptis vi-
A deunt, quantum pedibus coniti potest in hostes impetum
facere. Inde scutum protendit, & strictum vibrat gladium,
caedera facenti similis, oculis ad occidentum spectantibus:
& manubundus toto habitu, se nemini parvum. Neque
quicquam aliud adiecit Theon, non manipulare, non cen-
tionem, non manipulum, non equitem, non sagittarium:
sed hic unus armatus ead ostendam imaginis perfectionem
factus fuit. Verum non prius exhibuit picturam, neque
congregatis ad spectandum proposuit, quam tibicinem iuxta
collocasset: quem iussit carmen Orthium canere, pene-
trans, & clamoribus, quam fieri posset maxime, & quod
ad praelium animaret. Simul ac igitur auditum est car-
men asperum, & horrendum tuba, quasi armatorum ex-
peditionem sonante: tunc picturam ostendit, & miles con-
spectus est, cum efficaciorum cogitationem de excurrente
in animis hominum cantus excitaret. *Aelianus lib. 2. de Var.
lib.*

PANÆUS frater Phidias Olymp. 83. Praelium Athenien-
sium adversus Persas apud Marathonem pinxit, adeo colorum
vix increbuerat, adeoque ars perfecta erat, ut in praelio iconi-
cos primus Duces tam Atheniensium, quam Barbarorum
pinxisse tradatur. *Plin. lib. 35. cap. 8. Pausanias lib. 5. Pana-
num vocat.*

PHILOXENUS Erethrus pictor, Nicomachi discipu-
lus: cuius tabula nullis postferenda, Castandro Regi pi-
cta, concinuit Alexandri praelium cum Dario. Idem pin-
xit, & laciniam, in qua tres Sileni commellantur. Hic
præceptoris celeritatem secutus, breviores etiam quam-
dam picturæ vias, & compendiaria invenit. *Plin. lib. 35.
cap. 10.*

ANTIPHILUS Ægyptius, pictor clarissimus, Ctesidemi
discipulus, Alexandrum, & Philippum pinxit, præterea Hip-
polytum tauro emisso expavescentem. *Plin. apud Volat. lib.
13. c. 3. Antrop.*

HERACLIDES Macedo, nobilis pictor, initio naves pinxit,
eodem tempore, quo & Metrodorus Philosophus, & pictor
vixit. *Plinius.*

Mecopanes pictor, Pausia discipulus, placet nonnullis ob
diligentiam, quam intelligunt soli artifices: aliter coloribus
nimis. *Plin. lib. 35. c. 11.*

C NICOPHANES pictor elegans, & concinnus, ita ut venu-
sta opera fingeret, cui pauci comparantur. Corthurnus ci, &
gravitas artis. *Plinius.*

NICOMACHO, Aristodemus F. ac discipulo, nemo fuit
arte pingendi velocior. Tradunt namque duxisse pingend-
um ab Aristoteli Sicyoniorum tyranno; quod is facie-
bat Telesti poeta monumentum, præfinito die intra
quem perageretur, nec multo ante venisse, tyranno in
penam accesso: paucisque diebus absolvisse celeritate,
& arte mira. Discipulos habuit Aristidem fratrem, &
Aristoclem F. & Philoxenum. Pinxit raptum Proserpi-
næ: quæ tabula fuit in Capitolio, in delubro Minervæ,
suprà adiculam Juventutis: Scyllamque, quæ erat in
Templo Pacis. Præterea Ulyssidem pileatum, Apollinem,
Dianam, Deum matrem leoni infidentem, & nobiles vacca
arceperantibus Satyris. *Volat. lib. 17. Antrop. ex Plin. lib. 35.
cap. 10.*

TIMOMACHUS Byzantius pinxit Ajacem, & Medeam
tabulas, quas Cæsar Dictator 80. talentis redemit, & in Tem-
plo Veneris genitricis posuit, teste *Plinio lib. 7. cap. 38. & lib.
35. cap. 11.* Medeam suis laudavit carminibus Aufonius, imi-
tatur Amphipolus Byzantium.

HILARIUS Bithynus, Athenis in arte pingendi excelluit,
in exprimentis hominum vultibus admirandus, Euphranoris
antequi amulus: cum familia ruri à Barbaris extinctus est sub
Valente. *Lunadius in Prisco.*

Inter pictores nimis nobiles, primis tamen proximos, re-
centet *Plinius lib. 35. cap. 11.* Antiphilum, Aristophontem,
Androchum, Alcimachum, Cænum, Ctesilochum, Cleo-
nem, Ctesidemum, Clefidem, Craterum, Eurychidem, Eu-
dorum, Iphim, Habronem, Leonticum, Leonem, Niccar-
chum, Nealcem, Oemam, Philiscum, Phalerionem, Simoni-
dem, Simum, Theodorum, Theonem, Tauriscum, & multos
alios.

Minoris picturæ celebris in penicillo fuit Pyreicus,
arte paucis postferendus proposito necio an destruxerit se,
quoniam humilia quidem secutus, humilitatis tamen sum-
mam adeptus est gloriam. Tonitrinas, futrinæque pinxit,
& ascellos, & obsonia, ac similia, ob hoc cognominatus

Rhyparographus, in iis consummatæ voluptatis. Quippe
ca pluris veniere, quam maxime multorum. *Plinius lib. E
35. cap. 10.*

SEPION scenas optime pinxit, sed hominem pingere
non potuit. Contra Dionysius nihil aliud, quam homi-
nes pinxit, ob id Anthropographus cognominatus. *Plin.
lib. 35. cap. 10.*

METRODORUS ATHENIENSIS, Carneadis auditor
(ut Cicero de Oratore testatur) pictor, & Philosophus
itaque cum L. Paulus devicto Persæ petisset, ab Athe-
nienfibus, ut ei quam probatissimum Philosophum mitte-
rent ad erudiendos liberos, simulque pictorem ad excolen-
dum triumphum, in utroque illi Metrodorum elegerunt,
Plin. lib. 35. cap. 11.

L. MANLIUS pictor egregius, apud quem cum Servilius
fortè cœnaret, filiosque suos deformes animadverteret: Non
similiter, inquit, Manli, fingis, & pingis. Ad quem Manlius:
In tenebris, inquit, fingo, in luce pingo. *Macrob. in Saturn.
Commendatur illius musca, in pariete ad vivum expressa, ut
etiam araneas deciperet.*

Q. FABIVS sua manu parietes pinxit in æde Salutis, quam
C. Junius Bubulcus dictator dedicaverat: eisque nomen suum
inscripsit, anno Urbis 450. Inde pictoris nomen traxit, & po-
steri ejus hoc nomen retinuerunt. Hæc pictura usque ad Clau-
dii Imperium duravit, quando ædes exusta est. *Rutilius in vi-
ta Q. Fabii Pictoris Jureconsul. qui hujus nepos fuit: & Volat.
lib. 16. Antrop. ex Plin. lib. 35. c. 4.* Cujus hæc sunt ver-
ba: Fabius ædem Salutis Romæ pinxit, Pacuvius ædem Het-
culis in foro Boario. Postea ars pictoria non est aspectata ho-
nestis manibus, nisi fortè, quæ Tupillum Equitem Romanum
& Venetia vellet referre, cujus pulchris operibus Verona abun-
dabat, tempore Plinii. Lava in manu pinxit, quod de nullo
ante memoratur. Patris gloriabatur tabellis, extinctis tandem
in longa fenestra, Aterius Labeo prætorius, etiam proconsul
provincia Narbonensis fundus. Sed ea res in risu, & jam
contumelia erat. *Plin. lib. 13. c. 4.*

CL. Pulcher regulas affabre pinxit: quarum similitudine
decepti corvi, ad eas convolabant. *Guido Bitur.*

ARELLIVS Romæ celebris pictor paulo ante Augustum, sed
amoris suis artem corrupit, & deas dilectarum imagine
pingens, religionem simul, & artem protulit. *Plinius lib. 35. G
cap. 10.*

A MULIVS fuit gravis, & severus, idemque floribus, humi-
lis rei pictor. Hujus erat Minerva spectantem aspectans qua-
cunque aspiceretur. Paucis diei horis pingebat, id quoque
cum gravitate, quod semper rogatus, quantum in machinis,
Carcer ejus artis domus aucta Neronis fuit, & ideo non extant
exempla alia magnopere. Post eum fuerunt in auctoritate
Corn. Pinus, & Aëtius Priscus, qui honoris, & virtutis aedes
Imperatorii Vespasiano Augusto restituerunt pinxerunt: sed
Priscus antiquis similior, *Plin. lib. 125. c. 10.*

LUDIO Augusti ætate, primus instituit amenissimam pa-
rietum picturam, villas, & porticus; ac topiaria opera, lucos,
nemora, colles, piscinas, curios, amnes, littora, qualis quis
oparat variis ibi obambulantium species, aut navigantium
terraque villas aduentium æstellis, aut vehiculis. Jam piscantes,
accupantisque, aut venantes, aut etiam vindemiantes. Sunt in
ejus exemplaribus nobiles palustri accessu villæ, succollantium
specie mulieres labentes, trepidæque feruntur: plurima
præterea tales argutæ, facillimi sales. Idemque fudibulibus
maritimas urbes pingere instituit, blandissimo aspectu, mini-
moque impendio. Sed nulla gloria Artificum est, nisi eorum,
qui tabulas pinxere, eoque venerabilior apparet antiquitas.
Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos
uno in loco mansuras, quæ ex incendiis rapti non possent. *Plin.
lib. 35. cap. 10.*

METHODIVS Monachus Romanus in domo venetia
Bulgarorum Regi terribilis pingere animalia iussus. *¶ Vide
Tit. Religionis discipulo.*

CONSTANTINVS Imperator opere manuum suarum
picturam exercendo sibi victum quæsit. *Sigeb. in Chron.*

LEONARDVS Vinci, duodecim Apostolos Mediolani
in æde divæ Genitricis de gratiis, opus excellentissimum de-
pinxit. *Volat. lib. 121. Antrop.*

BELLINI frater Veneti, pictura clari. Gentilis major natu
in comitio vetustam rerum seriem, quas Veneti pro Alexan-
dro Romano Pontifice adversus Fredericum Imperatorem
olim gessere, nova figuratone instauravit. Ad Mahometum II.
Turcorum Imperatorem, post pacem cum eo factam publi-
cè Constantinopolim missus, cum & multa, & eximia
artis

artis experimenta edidisset, equestris dignitate, amplissimis
A. quo numeribus donatus domum rediit. *Sab. lib. 9. Dec. 3. &
lib. 8. En. 10.*

MILOTTIVS Forolivienfis iconicas imagines præter cæte-
ros pingebat. Ejus opus est in Bibliotheca Vaticana, Xistus
in sella sedens, familiaribus nonnullis domesticis astantibus.
Volateranus lib. 121. Antrop.

JACOBVS Bononiensis, Trajani columnas Romæ pi-
cturis ordine delineavit, magna omnium admiratione,
magnoque periculo, cum machinis scandendo. *Volat.
ibid.*

De morte Raphaelis Urbinate pictoris excellentissimi sic
scribit *Balth. Castiglioneus.*

Quid lacerum corpus medica sanaverit arte
Hippolytum, Stygiis & revocavit aquis.
Ad Stygis ipse est raptus Epidaurius undas:
Sic pretium vitæ mori fuit artifici.

Tu quoque dum toto laniatum corpore Roman
Composi miro, Raphael, ingenio,
Atque ubi lacerum ferro, igni, annisque cadaver
Ad vitam, antiquum jam revocasse decus:

Movisti Sæperum invidiam, indignaque mors est,
Te dudum extinctis reddere posse animam:
Et quod longa dies paulatim aboleverat, hoc re
Mortali spreta lege parare iterum.

Sic miser heu prima cadis intercepto juventa,
Deberi & morti nosstraque, nosque mones.

ZOTVS Florentinus, anno MCCCXXI. in pictura facis præ-
clarus fuit. Cujus opera per Italiam extant plurima, præsertim
Florentiæ: Romæ verò navicula Petri fluctuans, in atrio ipsius
Basilicæ. *Volat. lib. 121. Antrop.* Hunc ad pingendas Martyrum
historias in adibus ab se strictis conducere in animo habuerat
Benedictus XII. Pontifex. *Platina.*

PISANELIVS pictor paulo supra nostram memoriam, & fi-
stor simul: ejus opus, pictus paries in æde Latæranen. Fuit
in umbris, & coloribus diligens. *Volat. lib. 121. Antrop.*

Petrus de Burgo S. Sepulchri pictor, de perspectiva picturæ
librum composuit. *Volat. lib. 21. Antrop.*

Petr. Perulinus complura, & egregia, inter quæ Romæ fa-
cellum in palatio Vaticano à Xisto conditum, & ab eo depi-
ctum: uno tantum vitio, quod vultus aliquantum indifere-
nti in plerisque aspiciuntur. *Volat. lib. 121. Antrop.*

ANDREAS Mantegna Mantuanus, aedes, quas Belvedere co-
gnominant, in Vaticano ab Innocentio IX. adhibitis, pictura
ornavit miro tenuitatis opere. *Volat. lib. 21. Antrop.*

* PICTORES ALIQUOT ILLUSTRIORES
BELGII.

Quod Italia, idem Belgicæ Elogium dandum est; esse sci-
licet tam hanc, quam illam, omnium liberalium artium alum-
nam, & cultricem non vulgarem. Gignit enim homines indu-
strios, & ad quævis, aut imitanda, aut producenda habiles, quo-
rum mens infatigabilis, nec labore fatigatur, nec unquam factis
vidisse, aut didicisse existimantur, nisi universum orbem pera-
graverint. Nulla enim Regio est ad quam Belgæ non pene-
trant; omniumque gentium mores, & admiranda fuerint
scrutati. Quo fit, ut omnes omnium artium discipline apud
eos vigeant, quod in præsentibus argumentis evidenter demon-
stratur, productis celeberrimis Pictoribus, quorum monu-
menta, quæ hodie supersunt, nullis Verecibus cedunt, om-
D nesque artis hujus, quæ verè regia est peritos in stuporem ra-
ptos detinet, dum ea intuentur.

Tales autem fuerunt Hubertus, & Joannes Van Dieck Bru-
genfes, fratres, quorum artifex penicillum admiratur Philip-
pus II. Hispaniarum Rex, tabulam quandam Gandavo in
Hispaniam transfudit, & Michaelis Coxii Mechliniensis sum-
mi quoque artificis manu imitari iussit.

Petrus Cœck Alostanus Flander, non modo picturam, sed
& Architecturam cum laude, & domi, & foris exercuit.

JOANNES Van Dieck cupus supra meminimus; primus do-
cuit oleum lini adhibere, & miscere cum coloribus, quod anti-
quitas ignorasse videtur: at modo nihil toto orbe magis
familiare.

HIERONYMI Boschii tabula, quibus inferorum monstra, &
spectra cum omnium stupore exprimentur, illius industriam,
& artem testantur; cum nemo reperit sit, qui in hoc genere
cum illo audeat decertare.

ROGERIVS Bruxellensis curiam, sive domum Senatoriam
sua patrie elegantibus picturis exornavit.

Habuit Antuerpia Hieronym. Cocum, cui frater Mathias
non inferior erat, in pingendis sylvis, & cætero rure excel-
lentem.

JOANNI Scordelio Batavo laudi datur, quod primus in
Belgas Picturam nostratam in Italiam, & Urbem ipsam in-
tulit, & cum præstantissimis illius Provincie Pictoribus
decertaverit.

JOANNES ab Holland Antuerpianus, rura adeo ad vivum
tabula inferuit, ut etiam videntem velut extra se raptum
in campis sissetent.

HENRICVS Aldegrevere Vvestphalus, non modo picturæ,
sed & sculpturæ laude excelluit, ut ejus Icones artificum ma-
nueruntur, magnoque in pretio habentur.

Jacat se etiam Bruxella de Bernardo Cive suo, quem Mar-
garetha Brabantie Gubernatrix in deliciis habuit, quod vestes
Attalicas, numismata, & illud genus alia, in tabulas referret,
ut nihil à vero distare viderentur.

Etiam Leida Batavica Cornelium Engelberti extollit,
quod inter Belgas quoque olei de femine lini ufus hæc in
arte docuerit. Excelluit autem in efformandis hominum
vultibus.

Quintinius Znefius Antuerpianus ex fabro primùm Pictor
F evasit excellentissimus. Extant Antuerpiæ utriusque artis
opera non contemnenda.

JOANNEM Majum Carolus V. Imp. adhibuit, qui illius
fortia, & memoria seculorum digna facta coloribus ex-
primeret.

MARIANÆ tabula Joannis Mabuffi Belgæ declarat,
quantus ille vir fuerit. Quomodo etiam Sales, & Rustica
Petrum Bruegelium.

JUSTUS Clivenfis, & Bartholomæus Sprangerus Antuer-
piani, vitis Principibus ob picturæ præstantiam in pretio
fuerunt.

FRANCISCUM Florum itidem Antuerpianum laudare non
potest, qui tabulas ab eo depictas, & in his arismet humani
corporis fabricam, juncturas, nervos, membra, intus ut non
fuerit. Jure enim fatebitur Florem inter alios ufiores hunc
Florum extitisse, ut cujus adhuc memoria, & nomen instat
floris odorem distundit.

Jacata Pictores suos alii, certè Bredani Gulielmum Ca-
jum extollant in exprimentis facierum lineamentis, & colori-
bus nulli secundum.

Eodem artis genere etiam famam apud posteros meruit Jo-
docus Vinge Bruxellensis.

Sed Lucas Leidanus & picturis, & sculptura Alberto Dure-
to proximus fuit, uti & Crispianus Broeckius Antwerp. Effor-
mandis ad vivum grandibus figuris Francisco Floro.

Produxit iterum Antuerpia Henricum Clivenfem, qui Ur-
bes, Arces, Montes, Lacus, Maria, Campos, Tuguria, Pala-
tia in tabulis spectanda proposuit.

ANTONIUM Morum Ultrajectinum amarunt, & fovenerunt
varii Principes, quorum imagines posteritati ille dedicavit.

Petrus longus magnis corporibus producendis mentem, &
manum applicuit. Dum namque

Corporè Longus erat, formabat corpora longa:
Sic docuit Longus, longa placere sibi

Habent Culinae quod debeant Joachimo Beuckelaer An-
tuerpiano, ut qui omnem circa easdem industriam suam adhi-
buit, idque tanta dexteritate, ut parasitos mimos illius tabulæ
remorentur, dum pictam offam, & alimenta cujusvis generis
frustra in tabula captant.

Gerardi Petri Amsterodamensis tanta ad pingendum non H
modo sedulitas, sed & alacritas fuit, ut dicere solitus fuerit, se
scepta regnorum Hispania postponere penicillo.

FRANCISCVS Pourbussii Brugenfis, in omne ævum vivent,
quæ & hodie.

Vrunt, quas pinxit, pecudes, pisceque volucres,
Pictoris lugent, quæ simul interitum.

Florentinus Dikuis insignis Hatlemensis pictor.
Vario, utroque colore

Et folia, & flores pinxit odoriferos.
Struxit & ad vivum lætas sine sanguine Mensas,
Queque oculos pascunt delicia, atque animam.

Adrianus Uriefius Hagienfis pictor, & Statuarius, tantum
in utroque excelluit, ut Apellis, & Myronis opus crederes,
quod ab artificis illius manu profectum.

In colorum autem venustate, & varietate, nemo est, qui
præcellat Franciscum Badium Antuerpiensem: cujus tabulæ
adhuc hodie amenitatem suam habent, ac si recens à manu
artificis ductæ fuissent.

Illud autem in Cornelio Ketelio singulare, quod Poesin A picturam conjunxit. Unde.

Quae pinxit, prius hic suspenderit ingenio. Colonia quoque Joannem Aquanum aestimavit, cujus artem Urbis Urbium stupet, summaque veneratione observat.

Christianus Quebornus Antuerpien. docta manu effingere solitus.

Rara, lacus, sylvas, montes, valloque recessus, Et fontes, pontes, & maria, & fluvios.

ARNOLDI Myteni Bruxellensis memoria parietibus templorum haeret, ut qui plura Italiae loca lustraverit.

Monumenta etiam Joannis Uredemanni Prifii, quae optica ars, quae in illo eximia erat, produxit, longa posteritas admirabitur.

MARTINUM Vossium Antuerpia nuper extulit, at non cum illo picturarum insigniorum ornamenta desiere, quae videntur quondam Mariana ibidem moles ubi non contentenda visuntur, durabit. In inventionibus rerum quarumvis adeo erat expeditus, ut neficias an patrem nostra saecula sint habitura.

Neque silentio praeterendus Martinus Hemskerkius Harlemensis, cujus arte Batavia non modo abundat, sed universis Orbis, cum dici vix possit quot tabulas effinxerit; excellit autem in efformanda architectura, & illius ruinis.

HUBERTI Golzii dexteritas non facile obliterabitur, ut qui non picturam solum, sed & sculpturam manum, & mentem aequali fecunditate accommodavit.

Ejusdem cognominis alius Henricus Harlemensis, cum prior Venlonam pro patria agnoscat, & Sculptor, & Pictor, Romana civitate donatus fuit.

GEORGIUM Heinsagium Antuerpien. amplexus fuit Abrahamus Ortelius Cosmographus. Squidem

Hic Orbem, hic Urbes dedit Orbis ingente Theatro.

Egidius Coninkloy etiam Antuerpianus, omnes sui aevi superavi pingendo rura, lacus, sylvas, fontes, animalia, & quae haec circumstant.

Ab eadem civitate oriundus Egidius Mostaert, felix inventor, & non infelix pictor extitit, ut qui sales, & aggressiva pennicillo complectere solitus, quamvis circa magis seria etiam scribit, & praefans.

JOANNE Stradano Brugense Florentia diu gavisus est, & tantum artificem Belgis invidit. Quin fateantur omnes necessesse est, nullum haecenus, fuisse, qui Calcographis tantas supereditaverit inventionum varietates, quam iste, & Martinus Vossius.

PAULUM Brilium Antuerpia editum Roma excoluit, & principibus viris adherere, ejusque in pingendo peritiam aestimare voluit.

Rara quoque picturae exercitatio Cornelium Cornelii Harlemensem pictoris nomine indigitavit.

Sed, & Abrahamum Blaemaert Batavum natura instruxit, ut excellentioribus quibusvis magistris pingendi arte inferior non fuerit.

JACOBI Geymii Antuerpiani imagines, & statuae, Bellique ac Pacis insignia, quae & pennicillo, & manu protrusit, nunquam interitus encomiis celebrabuntur.

Nec minorem laudationis tubam exposcent Antonii Bloeklandi, & Henrici Uroom Batavorum non ita pridem vita functorum superstitis imagines: neque enim ille producentis corporibus, neque hic navigiis, quibusvis exteris quidquam debet.

Habet hodie Belgium Pictores excellentissimos, qui cum aliis reliqua Europa decerent, idque in omni subiecto, sic ut non immerito unicam Antuerpiam Regia hujus artis verum theatrum dixeris, in quo hodie Petrus Paulus Rubenius fama eruditionis, & ingenii, operumque magnitudine, & arte Orbis natus, velut facem praefert, summis, & imis gratas, nec vulgare istius Reip. ornamentum. Praeter hunc Petrus Brueghelius velut miraculum suspicitur in sublimiori quarumvis rerum delineatione: in montium, fluminum, nemorumque simulachris, Jocus de Mompere, & I. V. Vilzium primas obtinent. At are cetero viros, Martemque accendere artificis pennicillo novit Sebastianus Francken Henricum Vanbalen Genii, & pusiones extollunt. Quadrupes, volucres, & terra munera, sua sponte ab accurata Snyderi manu procurrunt. Ferax etiam Franciscus Francken ingenium, nomen arte factis undique prorogat. Nec Abrahami Jansens, & Dyckii, Zegerique artifices manus amphiotes tabulas refugunt, & quae inter primas hujus aevi ostendantur, ut taccam Odavium Venium, apud quem artis fun-

damenta jecit nominatus Rubenius: & Venceslaum Coberger, illustrioribus etiam veteris avi accendendos. Neque desunt nova germina, quae vultus fatorum lege prioribus, infertantur, & succrescant.

* MULIERES, QUAE PICTURA CLARUERUNT.

TIMARETE Myconis pictoris F. Dianam in tabula pinxit, quae Ephefi est in antiquissimis picturis. Floruit sub Archelao Macedone. *Plin. lib. 35. c. 11.*

IRENE Cratini pictoris filia, & discipula, puella, quae est in Eleusine, pinxit. *Idem.*

CALYPSO senem, & praestigiatorem Theodorum: Alcisthene, saltatorem, Aristarctem Nearchi F. & discipula, Aesculapium pinxit. *Idem.*

LALA Cyzicena perpetua virgo M. Varronis juvenata, Romae & pennicillo pinxit. & cetero in chore, mulierum imagines maxime, & Neapolitanum in grandi tabula: suam quoque imaginem ad speculum, Nec ullius in picturae velociter manus fuit: aris vero tantum, ut multum immanitate pretii antecederet celeberrimos eadem aetate imaginum pictores, Sopylon Dionysium. *Plinius ibid.*

Olympias quaedam pinxit, & discipulum habuit Aurobulum. *Plinius ibid.*

Nostri aetate Parisiis fuit quaedam Franckia, BELGA, Francisci, & Ambrosii Francken, illustrium Pictorum soror, quae etiam ipsa non minus in eadem arte excellit. Quamvis alibi alia non desunt. Nam & Antuerpia adhuc superest, quae artificis pennicillo in efformandis bellis aliisque effulcent, etiam celebriores in hac arte superat. Et fortassis muliebri ingenio, & manus si debet excoleret ad hanc artem capessendam magis docilis cupiam videbitur, quam virorum.

AMOR. CULTUS. HONOR PICTURAE.

Pictura tantus honor fuit apud Graecos, ut in primum gradum liberalium reperitur. *Plinius lib. 7. cap. 37. & lib. 35. cap. 10.* Alter *Gellius lib. 15. cap. 31.* scribit: Demetrius Rhodum oppugnabat, & ades quaedam extra urbem publicas igni absumere parabat, in quibus erat memoratissima illa Jalylli tabula, praestantissimumque ita periculis Rhodius invidebat. Mittunt Rhodii legatos ad Demetrium cum his verbis: Quae illi inquit ratio est, ut tu imaginem istam velis incendere? Quae illi inquit ratio est, ut tu imaginem istam superaveris, & oppidum hoc totum ceperis, si nos omnes quae illa interga, & incolum pro victoria poteris: si vero nos vincere obsidendo nequiveris, petimus consideres, ne turpe tibi sit, quia non poteris bello Rhodios vincere, bellum cum Protegene mortuo gessisse. Hoc ubi ex legatis audivit, ab oppugnatione desistit, & imagini, & civitati peperit. *Gel. lib. 15. c. 31.*

ARATUS Sicyonius Ptolemaum Regem sibi benevolum habuit, quod picturis, & tabulis Graecis eum honoraret. In quibus quia iudicium habebat Aratus non inficium, assidue aliquid ei, quod artificis, & elegantia praestaret, Pamphili imprimis, & Melanthi colligans, & comparans mittebat. Floreat enim gloria etiam tum Sicyoniae artis, & elegantissimae picturae, velut quae nitorem retineret sola illibatam, ut vel Apelles ille iam celebris eo se contulerit: ac quo consuetudinem aliquandiu cum illis viris haberet, talentum iis necesse dedit: ut in existimationis magis quam artis eorum vendit societatem. Quapropter imagines Aratus ceteras tyrannorum, cum liberaliter civitatem, sustulit. De Aristrato, qui viguit Philippo avo, diu deliberavit. Pictus fuit ab omnibus Melanthi aetate, curru triumphali, quo vehabatur victoria, Assidens Aristratro: cui tabulae, ut Polcemon Periegetes memoriae prodidit, manum apposuit Apelles. Erat opus nobile, adeo ut flecteret ab arte Aratus, rursus tyrannorum odio simulatus detraxit praecipit tabulam. Ibi pictorem Nealcem perhibent Arati amicum lachrymabundum pro tabula deprecatum. Ut cum non movit, ibi cum tyrannus dixisset bellum gerendum, non cum imaginibus tyrannorum: Omitamus igitur, inquit, currum, & Victoriam, ipsam tibi praestabo Aristratum ego, ut tabula cedat. Quod cum permisisset Aratus, expunxit Neacles Aristratum. Eius loco palmam subiecit. Nihil aliud ausus fuit adicere. Pedes dedit Aristrati delituisse fuerunt sub curru. *Plutarch. in Arato.*

Cum pinxisset Aristophon Nemeam, quae sedentem in complexu suo Alcibiadem tenebat, spectaverunt Atheniense tabulam, latique eo concurrere. *Plin. in Alcibiade.*

Statuaria praecipue Athenienses gloriam sibi vindicantur, ac pictura. *Caes. lib. 16. c. 3. A. L.*

Lex fuit Thebis, praecipiens artificibus, tum pictoribus, tum singulis, ut imaginum formas, quoad possent, optime exprimerent. Iis qui deceruit, aut finxissent, aut pinxissent multa pecuniaria irrogabatur. *Aelian. de Var. hist. lib. 4.*

CANDAULES Rex Lydorum, Bularchi Magnetum excidium pari rependit auro. *Plin. lib. 35. cap. 8. & lib. 7. c. 28.*

SOCRATES dicebat, Archelauum Regem macedoniae quadraginta minas in domum suam impendisse, conducto mercede Heraclota, qui picturas eam exornare, in seipsum vero nihil, & ob hanc causam multos e longinquis terrae partibus magno studio contemplantis domus causa venire: ipsius vero Archelai gratia neminem in Macedonia proficisci, nisi si quem forte persuaderet pecuniam, & muneribus insecrare, quibus tamen honeste, bonique viri capi non possent. *Aelian. de Var. hist. lib. 14.*

MNASON tyrannus Aesclepiodoro (quem Apelles in symmetria mirabatur) pro duodecim diis dedit in singulos minas trecentas. *Plin. lib. 35. cap. 10.*

Cymitus lib. 16. cap. 7. Alexandrum Magnum scribit tantum permisisse, ut effugium suam are dueret Polycterus, Apelles coloribus delinearet, Pyrgoteles calamine exculperet. *Horatium itaque lib. Epist. 2.* Lyssippum pro Polycteto adiecisse, desipit proculdubio non tam Crinitus Flaccum carpens, quam Apulejus Floridorum primo, qui hunc errorem vulgavit. *Plinius lib. 7. cap. 37.* Alexander edixit, ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quom Pyrgoteles culperet, quam Lyssippus

ex are dueret. *Plin. in Alex. & in Com. de Vir. aut. fort. Alex. M. Tullius l. Epist. fam. 5. & Academ. quest. 4. idem. in equo Domitiani Tappinus, Patriculus, & Val. Max. 18.* Nec Polycterus, si vera est Pliniana temporum supputatio, Alexandrum Regem, cum ille centum prope annis ante fuerit, unquam videre potuit. *Brodeus in Graecis Epigram.*

Eicerte Apelles adeo charus extitit, ut Rex Campaspen amasiam suam liberali forma punitam eidem dederit. *Plin. lib. 35. cap. 10.*

Apelles etiam in aemulis benignus, Protogeni dignationem primus Rhodi constituit. Sordebat ille suis, ut plerumque domestica: percontantique: Quanti licitaretur opera effecta? parum nescio quid dixerat. At ille quingagenis talentis poposcit, famamque dispersit se emere, ut pro suis venderet. Ea res concitavit Rhodios ad intelligendum artificem, nec nisi augentibus pretium cessit. *ibid.*

DEMETRIUS Poliorcetes Rhodum oppugnabat, quod Prolemei foci essent, tum etiam quod, cum uxor sibi Phila literas, vestem stragulam, & palla curasset, captum navigium missit cum omnibus rebus ad Ptolemaum. Haud tamen, licet non mediocriter simulatus, cum mox oblata comode esset sibi, vicem sustinuit illis reddere injuriam. Nam forte pingebat eis Caunius Protogenes Jalylli figuram, tabulamque ceperat Demetrius in uno ex suburbiis penae absolutam. Mittentibus eaduceatorum, & deprecantibus cum Rhodiis, pictura ut parceret, neque eam violaret: Patris, respondit, se prius simulachra concremuratum, quam tantos artis sudores. Septem enim annis explevit Protogenes picturam hanc, memoratur. Quo Apelles aspectu opere, usque adeo referret obstupescere se, uti vox cum decessit: ac tandem dixit, ingentem laborem, & mecum opus esse, desici tamen gratis, ob quas picturae suae calum attingeret. Hac tabula una cum aliis Romam congesta, atque ibi incendio est absumpta. *Plutarchus in Demetrio, & Plinius lib. 7. cap. 37. & lib. 35. cap. 10.* Alter *Gellius lib. 15. cap. 31.* scribit: Demetrius Rhodum oppugnabat, & ades quaedam extra urbem publicas igni absumere parabat, in quibus erat memoratissima illa Jalylli tabula, praestantissimumque ita periculis Rhodius invidebat. Mittunt Rhodii legatos ad Demetrium cum his verbis: Quae illi inquit ratio est, ut tu imaginem istam velis incendere? Quae illi inquit ratio est, ut tu imaginem istam superaveris, & oppidum hoc totum ceperis, si nos omnes quae illa interga, & incolum pro victoria poteris: si vero nos vincere obsidendo nequiveris, petimus consideres, ne turpe tibi sit, quia non poteris bello Rhodios vincere, bellum cum Protegene mortuo gessisse. Hoc ubi ex legatis audivit, ab oppugnatione desistit, & imagini, & civitati peperit. *Gel. lib. 15. c. 31.*

ARATUS Sicyonius Ptolemaum Regem sibi benevolum habuit, quod picturis, & tabulis Graecis eum honoraret. In quibus quia iudicium habebat Aratus non inficium, assidue aliquid ei, quod artificis, & elegantia praestaret, Pamphili imprimis, & Melanthi colligans, & comparans mittebat. Floreat enim gloria etiam tum Sicyoniae artis, & elegantissimae picturae, velut quae nitorem retineret sola illibatam, ut vel Apelles ille iam celebris eo se contulerit: ac quo consuetudinem aliquandiu cum illis viris haberet, talentum iis necesse dedit: ut in existimationis magis quam artis eorum vendit societatem. Quapropter imagines Aratus ceteras tyrannorum, cum liberaliter civitatem, sustulit. De Aristrato, qui viguit Philippo avo, diu deliberavit. Pictus fuit ab omnibus Melanthi aetate, curru triumphali, quo vehabatur victoria, Assidens Aristratro: cui tabulae, ut Polcemon Periegetes memoriae prodidit, manum apposuit Apelles. Erat opus nobile, adeo ut flecteret ab arte Aratus, rursus tyrannorum odio simulatus detraxit praecipit tabulam. Ibi pictorem Nealcem perhibent Arati amicum lachrymabundum pro tabula deprecatum. Ut cum non movit, ibi cum tyrannus dixisset bellum gerendum, non cum imaginibus tyrannorum: Omitamus igitur, inquit, currum, & Victoriam, ipsam tibi praestabo Aristratum ego, ut tabula cedat. Quod cum permisisset Aratus, expunxit Neacles Aristratum. Eius loco palmam subiecit. Nihil aliud ausus fuit adicere. Pedes dedit Aristrati delituisse fuerunt sub curru. *Plutarch. in Arato.*

Cum pinxisset Aristophon Nemeam, quae sedentem in complexu suo Alcibiadem tenebat, spectaverunt Atheniense tabulam, latique eo concurrere. *Plin. in Alcibiade.*

Statuaria praecipue Athenienses gloriam sibi vindicantur, ac pictura. *Caes. lib. 16. c. 3. A. L.*

Lex fuit Thebis, praecipiens artificibus, tum pictoribus, tum singulis, ut imaginum formas, quoad possent, optime exprimerent. Iis qui deceruit, aut finxissent, aut pinxissent multa pecuniaria irrogabatur. *Aelian. de Var. hist. lib. 4.*

CANDAULES Rex Lydorum, Bularchi Magnetum excidium pari rependit auro. *Plin. lib. 35. cap. 8. & lib. 7. c. 28.*

SOCRATES dicebat, Archelauum Regem macedoniae quadraginta minas in domum suam impendisse, conducto mercede Heraclota, qui picturas eam exornare, in seipsum vero nihil, & ob hanc causam multos e longinquis terrae partibus magno studio contemplantis domus causa venire: ipsius vero Archelai gratia neminem in Macedonia proficisci, nisi si quem forte persuaderet pecuniam, & muneribus insecrare, quibus tamen honeste, bonique viri capi non possent. *Aelian. de Var. hist. lib. 14.*

MNASON tyrannus Aesclepiodoro (quem Apelles in symmetria mirabatur) pro duodecim diis dedit in singulos minas trecentas. *Plin. lib. 35. cap. 10.*

Cymitus lib. 16. cap. 7. Alexandrum Magnum scribit tantum permisisse, ut effugium suam are dueret Polycterus, Apelles coloribus delinearet, Pyrgoteles calamine exculperet. *Horatium itaque lib. Epist. 2.* Lyssippum pro Polycteto adiecisse, desipit proculdubio non tam Crinitus Flaccum carpens, quam Apulejus Floridorum primo, qui hunc errorem vulgavit. *Plinius lib. 7. cap. 37.* Alexander edixit, ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quom Pyrgoteles culperet, quam Lyssippus

ALCIBIADES Agatharchum pictorem vinxit, exinde eum pinxisset domum suam, muneribus dimisit honoratum. *E. ibid.*

NICOMEDES Bithynia Rex Gnidiam Venerem, Praxitelis opus, Grandi Gnidiorum arte alieno petruerat voluit. *Plin. lib. 7. cap. 38.*

Pub. Scipio Minor, ubi civitatem comperit statuis deorum Graecanicis, ac monumentis Sicilia deportatis relectam, per praeconeum pronunciari publice iussit, ut qui illarum essent urbium, agnoscerent illa, ac referrent domum. *Plutarch. in Rom. Apoph.*

Q. Hortensius Orator Ciciliae tabulam Argonautas 144. talentis mercatus est, eisque eadem in Tusculano suo fecit. *Plin. lib. 35. c. 11.*

Signis, quae vocant Corinthia plerique in tantum capiuntur, ut secum circumferant, sicut Hortensius Orator sphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero illo iudicio in altercatione neganti ei se aenigmata intelligere, respondit debere, quoniam sphingem domi haberet. Circumtulit & Nero Princeps Amazonem. Et paulo ante G. Cestius consularis signum, quod secum etiam in praelio habuit. *Plin. lib. 34. c. 8.*

Praecipuum auctoritatem Romae fecit publicae tabulis C. Jul. Caesar, qui Medeam, & Ajaecem Timomachi tabulas octoginta talentis in aede Veneris genitricis dedicavit: Ajace, & Medea ante Veneris genitricis aedem dicatis. Post eum M. Agrippa, qui tabulas duas Ajacis, & Veneris mercatus fuit a Cyzicenis H. S. XIIIM. viri alioqui rusticitati propior quam delicis. *Plin. lib. 15. c. 4. & lib. 7. c. 37.*

M. VALER. MAX. Messala, princeps tabulam picturae praelli, quo Carthaginenses, & Hieronem in Sicilia devicerat, proposuit in lacere curiae Hostiliae, anno ab Urbe condita 490. & ab eo tempore picturae Romae in pretio haberi coepit. Fecit hoc & L. Scipio, tabulamque victoriae suae Asiaticae in Capitolio posuit. Idque aegre tulisse fratrem Africanum tradunt, iratum haud immerito, quoniam filius ejus in illo praelio captus fuerat. Non dissimilem offensionem & Emilianum subit L. Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruerat, situm ejus, expugnationeque depictas proponendo in foro, & ipse assidens populo spectantem singula enarrando: qua comitate proximis comitiis consulatum adeptus est. Habuit & scena ludis Claudii Pulchri magnam admirationem picturae, cum ad regularum similitudinem corvi decepti imagine advolarent. *G.*

Tabulis autem externis auctoritatem Romae publice fecit primus omnium L. Mummius, cui cognomen Achaici victoria dedit. Namque cum in praeda vendenda Rex Attalus C. talentis, vel VIM. festertium emisset Aristidis tabulam, Liberum patrem continentem, pretium miratus, suspicatusque aliquid in ea virtutis, quod ipse nesciret, revocavit tabulam Attalo multum querente, & in Cereris delubro posuit, quam primum arbitror picturam externam Romae publicatam. *Plin. lib. 30. c. 4. & lib. 4. cap. 37.*

Romani aeneum canem Lyssippi in Capitolio tantopere sunt admirati, ut custodes pro ceteris quidem signis innumetis pecunia, pro hoc vero vita cavere, & latifidare cogentur. *Plin. lib. 34. c. 7. & Vide Tit. Statuariorum.*

In suburbano Coorum urbis Aesculapii Templum fuit insigne, & multis donis opulentum, in quibus fuit Antigonus Apellis, ac Venus *ad vespem*, id est, emergens e mari, quae divo Caesari Romae dicata est ab Augusto, ut generis parens. Dicunt pro ea pictura remissa etiam Cois centum talenta, ex imperato illis tributo. *Strabo lib. 14.* Super omnes Augustus H in foro suo celebratissima in parte posuit tabulas duas, quae belli pictam faciem habent, & triumphum. Idem Caesares ac Victoriam posuit in Templo Caesaris parisi. Idem in curia quoque, quam in comitio consecraverat, duas tabulas impressit patri. *Plin. lib. 35. cap. 4.*

NERO princeps iussit colosseum se pingi centum viginti pedum in limco, incognitum ad hoc tempus. Et pictura cum peracta esset in Lamianis hortis, accensa fulmine cum optima hortorum parte conflagravit. Libertus ejus, cum daret Antii munus gladiatorum, publicas porticus investivit pictura, gladiatorum, ministrorumque omnium veris imaginibus redditis. Pingi autem gladiatoria munera, atque in publico exponi coepit a C. Ferentio Lucano. Is avo suo, a quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro pro triduum dedit, tabulamque pictam in nemore Dianae posuit. *Plin. lib. 35. cap. 7.*

Apud Persas nihil aliud pingitur, fingiturve, praeter varias caedes, & bella. *Marcell. lib. 24.*

BOGORIS Bulgarorum Rex, picturæ studio Christianus. Vide Tit. R. in iouis discipuli.

MAHOMETUS II. Turcorum Imp. Bellingam Venetum pictorem, quem Constantinopolim, cum ut suam ipsius Imperatoris faciem ad vivam effigiem, tum vero ut occidentalium hominum habitus depingeret, Venetis evocarat, largis muneribus ditavit. Jovius in vita Mahometi II.

ANDREAS Mantinae pictor Patavinus maximi nominis, Innocentii VII. Pontif. ingratiitudinem perosus, Mantuam, Roma relicta, ad principem Ludovicum Gonzagam reversus est, à quo liberaliter speciosis ædibus juxta ipsius Principis regiam, & prædiis locupletatus, civitate donatus, ibi deinceps cum tota familia vixit. Quocirca postea ab aliquibus falso est Mantuanus dictus. Bern. Scardon. bist. Par. 3. De Picturis obsecrans fugiendis. Vide locum de Oculo. Tit. Oculorum custodia.

Scriptor & Veteribus de universo Picturæ genere, ac claris Pictoribus Plin. l. 35. natural. hist. Et Quintilian. lib. 12. Inst. Oratoriarum. Ex recentioribus Pomponius Gauricus, Leo Baptista de Albertis Florentinus scriptor de pictura tres libros, Albertus Durerus edidit Institutionum Geometricarum Libros IV. pro lapideis, pictoribus, &c. De Ital. & Florentinis pictoribus, itaturis, ex professo scripsit Georg. Varus Arcemus lingua Etrusca. De Patavinis Bernard. Scardonus in historia Patavina. Evulgavit denique de Pictura, Platice, Statuaria Tractatus duos Julius Cæs. Bulingerus, hoc anno 1627.

* Pietas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Nomen Pietatis trifariam accipitur ab Augustino l. 10. de Civit. c. 1. Primò, ut idem sit quod Græcis εὐσεβεία, & εὐσεβία, & ita religione non distinguitur, atque ita omne opus bonum hoc nomine indicatur, ac monet Timotheum Apostolus 1. epist. c. 4. ut seipsum ad pietatem exerceat, eamque ad omnia utilem dicit. Et definitur ab eodem Augustino epistola 52. verax Dei cultus, unde omnia rectè vivendi officia dicuntur: & Euseb. de præpar. Evang. l. 8. dicit, omnes virtutes esse velut partes pietatis, & Theodosius Imperator idcirco omnem Christiani hominis felicitatem ponebat in pietate, eamque mortens filio commendabat, teste Niceph. l. 13. cap. 1. bistor.

Secundò accipitur pro misericordia five benignitate. Et ita Deo tribuitur, quando appellatur Pius, Pater, Clemens, Misericors.

Tertiò pro virtute speciali, qua parentes tanquam vitæ, & educationis auctores post Deum colimus. Ita accepit. S. Th. 2. 2. q. 101. & definitur ab Aug. l. 38. qq. quasi. 3. ex Cicerone, hoc modo Pietas est, per quam sanguine junctis, patriæque benevolis, officium, & diligens tribuitur cultus. Ratio enim, quam pietas in suis obsequiis respicit, est debitum, quod habemus erga parentes, & patriam, quatenus sunt principium ortus, & educationis: cui debito æquivalens in eodem rerum ordine, & obsequiis ordinariis reddere non possumus: sed bene in supernaturalibus, & extraordinariis. Extenditur quoque hæc virtus ad parentes spirituales, qui nobis secundum Deum sunt Auctores vitæ spiritualis, per quam sumus Christiani, Religiosi, aut ad virtutem, & salutis semitam ducti.

OBJECTUM.

D Objectum quod hujus virtutis, est cultus, & obsequium æternum, ad quod ea ordinatur, profectum ab actu interno ipsius, estque ipsum opus hujus virtutis, quia proprium est virtutibus operativis facere suum objectum.

Objectum cui, parentes, consanguinei, patria, & illi benevoli. Quippe virtutibus tanquam vitæ auctoribus, Pietas deserit cultum, aliis vero consanguineis, quia in ipsis est parentum sanguis. Patriæ vero tanquam aliquali principio ortus: benevolis autem, & fœderatis illius, quia in his auxiliium, & favorem patriæ attendimus. Unde perique pietatem confidunt cum iustitia, quam legalem vocant, de qua S. Th. 2. 2. q. 58. a. 5. 2. 7.

DIGNITAS.

Pietas inter virtutes primùm sibi locum vindicat post Religionem. Sunt enim parentes velut secundarii Dei, & principia, respectu filiorum, eorumque essentia, vitæ, doctrinæ origo, & causa. Hinc est, quòd in Decalogo post præcepta primæ tabulæ, quæ ad Dei cultum pertinent, ponatur, hon or exhibendus parentibus.

USUS. UTPUTA PIETATIS EXERCITATIO.

Pete ex loco de Filiis, Parentibus, Patria, Educatione. E Institutione, Fidelitate, Oratione, Templis, Sacrificio.

S. Trudo etiam puer, primos jam virtutis fructus proferebat. Cùmque is superbi sanguinis multa generositate poleret; major tamen ei divini amoris, & virtutum ardor, atque studium inerat, adeo ut quandoque voto se obligaret, Christo opitulante sacras didicisset litteras, se in fundo suo Ecclesiam exadificaturus, illic Domino perpetuo servitutum, & quos posset, ad Dei cultum, & ministerium sibi socios aggregaturum. Atque eo flagrans desiderio, nocturna visione afficitur, & Angelica consolatione hunc in modum confirmatur: Noveris frater, inquit Angelus, ea vota, quæ Christo puer nuncupasti, illi esse grata, precesque illum admisisse tuas: nec dubites, quin quod prævinciens tibi aspiravit, etiam adjuvando sit profecturus, & affectum perducatur in effectum. Ille, inquam sapientia sua imbuet cor tuum, & erudit te præceptis suis, & legem suam inscribet pectori tuo. Porro autem etiam ad Ecclesiasticam dignitatem munia everhis, multosque Christo, & Ecclesie ejus filios tuis verbis, & exemplis generabis. Atque ut de his certior efficiaris, beatum Remaclum adito, F qui non procul hinc abest. Illi Deus revelavit, quid tibi faciendum sit, ille dirigit eò gressus tuos, quò tu tantopere aspiras. Noiger, Episc. Leod. qui claruit an. 850. in vit. S. Remacii, c. 6. Sur. 3. Sept. tom. 5.

Pietas dono inter pios maxime excellit B. Franciscus Assisias Franciscanorum parens: ipsum enim pietas totum transformabat in Christum; Animas peccatorum deplorabat, quòd sanguine Christi essent imbutæ, quòd semen fratru suo, id est, Christo recusitarent; Benedicebat illos, qui ita loqui didicissent, ut verbis suis alios ad Christi amorem inducerent. Si quid penuria, aut defectus (extra culpæ crimen intellige) in aliquo cerneret, pii cordis dulcedine regerebat in Christum: Ajebat focis: Dum pauperem vides, o frater, speculum tibi proponit Christi, ipseque in pauperibus in omnibus Christi effigiem contemplantatur. Animalicula quælibet ex pietate fratres, & foetores appellans, ea viscerosis amplexabatur, quæ Christi mansuetudinem referunt. Redemit interdum agnos, qui duebantur ad mortem, illius memore agni mississimi, qui ad occisionem duci voluit pro peccatorum redimendis; sui agniculum, in quo Christum infantem recognosecbat, necanti crudeliter maledixit, & mortua ei Nomen G Jesus cum exprimeret, vel audire, jubilo quodam repletus interiùs, totus vid ebatur exterius alterati, ac si mellifluis fafor gustum, vel harmoniacus sonus ipsius immulisset auditum. D. Bonavent. in vita ejus c. 8.

CAROLI Magni pietas minime hoc loco prætercunda. Christianam enim religionem, qua ab infantia fuerat imbutus, sanctissimè excoluit. Ecclesiam mane, & vesperi, item nocturnis horis, & sacrificii tempore, quoad valetudo corporis permisit, impigre frequentabat, conabaturque magnopere, ut omnia, quæ in ea gerebantur, cum maxima fierent honestate, ædius creberentur commones, ne quid indecens, aut fordidum inferri, vel in Ecclesia remanere permitterent: sacrorum vasorum ex auro, & argento, vestimento-rumque sacerdotium tantam comparavit copiam, ut nemo in ministerio habitum privatum habere permitteretur: legendi, atque psallendi disciplinam emendavit diligentissimè, erat enim in utroque peritus, quamquam ipse nec publicè legeret, nec nisi submissè, & in communi cantaret. Jo. Naucl. vol. 2. Chronograph. Gener. 28. sub an. Dom. 811.

AURELIANUS Romanorum Imperator, & Christianorum osor, cogeat omnes sacrificare dæmonibus, non solum viros, & mulieres, sed etiam pueros. Maxime autem ei curæ erant pueri. Existimabat enim se facile eos esse inducturum propter ætatis teneritatem. Sed alii quidem pueri vera cedebant voluntati Imperatoris: qui autem cum Mamante ventitabant ad ludum literarium, imitabantur ipsi quoque canam Pueri prudentiam, & nec vera quidem audire necesse habebant. Quotidie enim docebantur honesto illo Pulchri Mamantis spectaculo, & exemplo, solum verum agnoscere Deum universi opificem, & ei rationale animorum offerre Sacrificium: eos autem, qui ab impiis, & colantur, & adorantur dii, nugæ existimare, & plenos probro, & dedecore. Sim. Metap. in vita ejus c. 6. apud Sur. 17. Aug. tom. 4.

Hoc loco nequam videtur silentio involvenda B. Perri Damiani S. R. E. Cardinalis, Episcopi Orientis in proximum pietas: cum enim quadam die, cum suo fodalibus, operta

* Pigritia.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pigritia, Græc. ἀργία, & ἀργός, piger dicitur. Est autem pigritia metus consequens laboris secundum Cicer. l. 4. Tuscul. quæst.

Perfusus mores pigrorum describens, ita canit Satyr. 5. Cras hoc fiet, idem cras fiet, quid? quasi magnum Nemo diem donas? sed cum lux altera venit, Jam cras besternum consumpsimus: ecce aliud cras Egerit hos annos, & semper paulum erit ultra. Nam quamvis prope te quamvis temone sub uno Vertentem sese frustra sed abere cantum Cum ora posterior curras, & in axe secundo, Similiter Mart. lib. 5. Epigram.

Cras te visurum, cras dicis, Posthume, semper. Dic mihi cras istud, Posthume, quando venis? Quam longe cras istud ubi est? aut unde perendum? Numquid apud, Paribos Armeniosque later? Jam cras istud habet Priami, vel Nestoris annos: Cras istud quanti dic mihi posset emi? Cras vives, hodie jam vives. Posthume, seram est. Ille sapit, qui quic, Posthume, vixit heri.

PARTITIO.

PIGRITIA alia est corporalis, alia spiritalis, quæ distinctio sumitur ex ratione objecti, quod pigritia respicit, five è re ipsa, quæ ex pigritia, aut socordia negligitur. Spiritualem autem vocant proprie Accidiam, de qua multa in loco proprio in littera A.

APOPTHEGMATA.

THEMISTOCLES pigritiam hominis vivi sepulchrum vocavit: qui cum expletis centum, & septem annis, se mori videret, dixisse fertur, se plurimum dolere, quod de vita tunc egredere-tur, quando sapere cepisset. Plus.

DEMOCRITUS, perpetuam stultitiam, actiones omnes imperfectas reddere dicebat. Stob. serm. de Assiduit.

EUSEBIUS Philosophus, Ignavia, inquit, corpus tabefacit, animam socordia. Exercitatio vero ad speciem Deo simillimam ipsam evchit. Stob. ser. de Otio.

ANAXARCUS dicebat, si quis alterum audire impre-cantem sibi manus, & pedes inutiles, iratum illi proculdubio fore, divites autem cum re ipsa manus suas, pedesque faciant inutiles interim ob hoc ipsum se beatos existimare, G Eod. serm.

HIEROGLYPHICA.

Multis hieroglyphicis elegantissimis Sapiens Salomon pigritiam traducit, & detestandam exhibet, Proverbiorum, & Ecclesiast. libro. Tabellas bellissimas lectori vigilantis spectandas proponimus.

1. Vide, Prov. c. 6. v. 9. 10. 11. pannis obitum, lacerum, squallidum nebulonem, manibus complicatis dormientem, quem egeitas ut viator armatus circumobfidet.

2. Alio loco, pigrum in mensa accumbentem intueri, manum applicantem sub axilla, nec ad os applicantem, quod gravem laborem in eo positum esse putet. Prov. 26. 15. Huc refert lepidos versus Cratis comici apud Athenæum l. 6. de votis cusudam ignavorum ignavissimi in Morona Insula ridiculè somniantis.

Pilus. Capillus.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Plus est illud, quod instar filii è cute evaporante nascitur Albertus Mag. tract. 5. de juv. & Senect. dicit esse vaporem de corporis poro expirantem, & ad aerem effuscitatum, & obduratum, ubi causam pilorum indicat. Omnia autem, quæ generant, pilos habent, aut aliquid eorum loco. Ita auctores ery-naceus, squammas pisces, plumas aves producunt. Alii tamen sunt pili congeniti, alii postea erumpunt. Idor. l. 11. cap. 1. vult pilos dici à pelle ex qua prodeunt. Assensit Perotus. Unde Itali dicunt pelli. Possit deduci hæc vox à πῆλον, quod plumam significat, sunt namque pili instar plumarum, alii à πῆλον est enim pilorum passio πῆλον, ut Eustathius ob-servat, & canesceret facit gerentes.

PILI. CAPILLI.

Detonsi. Abrasi, qui raservint? Sacri homines. Sacerdotes Judæorum tondere comam, non radere, Moyses in Levitico jussit, & apud Ezechielem Prophetam, Christianorum verò summum radunt verticem. Vel ut libe-ram mentis in capite refidentis cum cælo conjunctionem esse debere